Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



nu: vt videamus et credamus tibi
Quid operaris. Patres vri ma
ducauerunt manna in deserto: sicut
scriptum est: panem de celo dedit eis
manducare. Dixit ergo eis ihs
amen amen dico vobis: non moyses
dedit vobis panem de celo: sed pa
ter meus dat vobis panem de celo ve
rum. Panis enim dei est qui de celo
descendit: et dat vitam mundo. De
xerunt ergo ad eum Domine semper da
nobis panem hunc. Dixit autem eis
ihesus. Ego sum panis vite. Qui
venit ad me non esuriet: et qui
credit in me non sitiet umquam.
Sed dixi vobis: quia et vidistis
me: et non credidistis. Omne quod
dat michi pater ad me veniet:
et eum qui venit ad me non eicia
foras: quia descendi de celo non ut
faciam voluntatem meam sed volun
tatem eius qui misit me. Hec est
voluntas eius qui misit me patris
vt omne quod dedit michi non pereat
ex eo: sed resuscitem illud in nouis
simo die. Hec est enim voluntas
patris mei qui misit me: vt omis
qui videt filium et credit in eum ha
beat vitam eternam: et ego resus
citabo eum in nouissimo die. Mur
murabant ergo iudei de illo: quia
dixerit ego sum panis viuus qui
de celo descendi. Et dicebant. Non
ne hic est ihesus filius ioseph
cuius nos nouimus patrem et matrem
Quomodo ergo dicit hic. quia de
celo descendi. Respondit ergo ihs
et dixit eis. Nolite murmurare
in mutuo. Nemo potest venire ad me
nisi pater qui misit me traxerit
eum: et ego resuscitabo eum in no
uissimo die. Est scriptum in pro
phetis erunt omnes docibiles dei. Omis
qui audiuit a patre et didicit
venit ad me. Non quia patrem
vidit quisquam nisi is qui est
a deo: hic vidit patrem. Amen
amen dico vobis: qui credit hat
vitam eternam. Ego sum panis vite
patres vestri manducauerunt man
na in deserto: et mortui sunt.
hic est panis de celo descendens
ut si quis ex ipso manducauerit
non moriatur. Ego sum panis viuus
qui de celo descendi. Si quis ma
ducauerit ex hoc pane viuet in
eternum. Et panis quem ego dabo
caro mea est pro mundi vita. Lti
gabant ergo iudei ad inuicem
dicentes. Quomodo potest hic nobis
carnem suam dare ad manducandum.
Dixit ergo eis ihs. Amen amen
dico vobis: Nisi manducauerit
carnem filii hominis et biberitis eius
sanguinem: non habebitis vitam in
vobis. Qui manducat meam carnem
et bibit meum sanguinem: habet
vitam eternam: et ego resuscita
bo eum in nouissimo die. Caro enim
mea vere est cibus: et sanguis
meus vere est potus. Qui ma
ducat meam carnem. et bibit meum
sanguinem: in me manet. et ego
in illo. Sicut misit me viuens pater
et ego viuo propter patrem: et qui ma
ducat me et ipse viuet propter me
hic est panis qui de celo descen
dit. Non sicut manducauerunt
patres vri manna: et mortui
sunt. Qui manducat hunc panem
viuet in eternum. Hec dixit in syna
goga docens in capharnaum. Multi
ergo audientes ex discipulis eius
dixerunt. Durus est hic sermo
et quis potest eum audire. Sciens at
ihesus apud semet ipsum. quia
murmurarent de hoc discipuli eius
dixit eis. Hoc vos scandalizat.
Si ergo videritis filium hominis
ascendentem vbi erat prius. Spiritus
est qui viuificat: caro non prodest quicquam